



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De nocte media. C

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

vi. qui relin. si ra. cum illis in nu. obui. Christo in
 aera: & sic semper cum domino erimus. His verbis
 & veritas resurrectionis, & causa atque ordo re-
 surgentium præclarissime insinuatur.

De voce tubæ.

B

Causa enim resurrectionis mortuorū erit vox
 tubæ, quæ in aduentu iudicis ab omnibus audie-
 tur: & cuius virtute excitabuntur mortui, & de
 monumentis resurgent. Vnde propheta, Dabit
 voci suæ vocem virtutis, id est, effectum resusci-
 tandi mortuos. Et Ioannes Euangelista ait, Venit
 hora in qua omnes, qui in monumentis, sunt, au-
 dient vocem filij Dei, & procedent qui bona fece-
 runt in resurrectionem vitæ: qui vero mala ege-
 runt, in resurrectionem iudicii. Si vero quæritur,
 cuius vel qualis erit vox illa? Apost. dicit quod e-
 rit a changeli, id est, ipsius Christi, qui est princeps
 archangelorum, vel vox erit alicuius, vel plurium
 angelorum. Eadem dicitur tuba: quia erit mani-
 festa & nouissima, quia post eam non erit alia. Hæc
 tuba (vt ait August.) est clamor: de quo dicitur in
 euangelio, Media nocte clamor factus est, ecce
 sponsus venit: exite obuiam ei. Tubæ nomine ali-
 quod euident & præclarum signum intelligitur.
 Quod vox archangeli & tuba Dei ab Apost. dicitur,
 in euangelio vox filij Dei & clamor appella-
 tur: quod signum mortui audient & resurgent.

De media nocte.

C

Media a. nocte dicitur venturus, vt Aug ait, nō
 pro hora temporis: sed quia tunc veniet, cum non
 separatur. Media ergo nocte, sc. cum valde obscu-
 rum erit, id est, occultum veniet. Dies enim domi-
 ni, sicut fur in nocte ita veniet. Potest tamen non
 incōgrue intelligi mediz noctis tēpore venturus,
 quia vt ait Cassiod. Hoc tēpore primogenita Æ-
 gypti percussa sunt, quando etiā sponsus venturus
 est. Pluribus etiā locis contestatur auctores, quod
 aduen-

Psal. 67.

Ioan. 5.

1. Thess. 4.

1. Cor. 15.

Aug. epist.

120. ad Ho-

noratum. c.

34. Matt. 25

1. Thess. 4. d

Matth. 25. d

1. Thess. 5. d

Versu Me-

dia nocte

surgebam.

super octona-

rium. 8.

Exod. ii. aduentus Christi dies dicitur Dñi, non pro qualitate tēporis, sed rerum: quia tunc cogitationes & *Daniel. 7. c.* consilia singulorum patebūt. Vnde in Daniele, Ventus dierum sedit, & libri aperti sunt coram eo. *Matt. 10. c.* Libri sunt conscientiarum singulorum, quæ tunc aperientur aliis. Et tunc implebitur, nihil occultum *1. Cor. 4. c.* quod non reueletur. Adueniente a. summo iudice, non solum aeris tenebræ illuminabuntur, sed abscondita cordium manifestabuntur. Virtute ergo diuina fiet vt cuiq; opera sua bona vel mala cuncta in memoriam reuocentur, & mentis intuitu miraceleritate cernantur: vt accuset vel excuset hominem cōscientia, eaq; teste damnetur vel saluetur.

De memoria electorum. si tunc præcedentia mala teneat. D

Hic quæritur, vtrum electis tunc adsit memoria præcedētium malorum, sicut bonorum? Quædam auctoritates videntur tradere bonos non habituros tunc memoriam præcedentium malorum, id est, peccatorum vel tormentorum. Ait enim *Esaias 65. c.* Esaias, ego creo cælos novos, & terram nouam: & non erunt in memoria priora, & non ascendent super cor, sed gaudebitis in æternum. Item, Obluioni traditæ sunt angustiarum priores, & abscondite ab oculis nostris. Quæ de futuro exponens Hieronimus ait, Obluioni tradentur priora mala: quia forsitan in futuro pristinae cōuersationis memoria omnino delebitur, succedentibus bonis æternis: ne sit pars malorum prioris angustiarum memorari. Sed hæc & his similia possunt accipi sic, vt omnia excludat memoriã præcedentium malorum, sed ex ea molestiam & læsionē amoucant. Non enim eorum memoria sanctos contristabit, vel eorum beatitudinē obfuscabit, sed gratiores Deo reddet. Vnde super *Psal. 88.* ait Greg. Quomodo in æternum misericordias domini canit, qui miseriarum non meminit.

Quomodo autē plena beatitudo, si memoria reatus mentē tangit? Sed sæpe læti tristium meminimus, &

Greg. lib. 4. morali. c. 24 ad illud Iob 3. Paruus & magnus ibi sunt.